



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv**

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

Fructus Exercitiorum. ibidem

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**

est quæ vsui fuissent si iterum in Excubias incidisset; edoctusque præterea ab eodem est de hospitio opportuno non procul à porta ciuitatis. In illud hospitium post aliquantam temporis morulam ingreditur antiquæ fidei Catholicus, qui & multa Religionis caulâ in vicino carcere sustinuerat, & dux fuit Gerardo ad Nobilem illum à quo vestem primam equumque accepit, ut Londinum vcheretur. Ita incertum itineris nostrum hominem (ut qui illas Angliae oras nunquam alpexerat) direxit Deus ad metam messemque quam primam à Gerardo colendam destinarat.

Primi fru-  
ctus post ex-  
scentionem

Ad festa enim Natalitia reuersus in Norfolciam, eius à quo primum exceptus fuerat domo fratrem, sororesque duas Catholicis adiunxit. In utrisque aedit quidpiam memoriam dignum. Nam alteri à puerperio grauiter labo- ranti, & à medicis desperatae, cum facta esset Ipse Sacrolancto viatico & vn- etione extremâ munitæ reddi posse sanitatem, eâ Sacramentorum virtute intra horæ medium secutâ, non illa solum in fide quam recenter suscepserat confirmata est, sed inexpectata salus admirabundum maritum re cognitâ impulit ut & ipse fidem Catholicam amplecteretur. Alteri de via ad Cælum inter tot leætias securâ sollicitæ, Doctor ex Cantabrigiensi Academia celebris Doctor quanquam Acatholicus cùm serio rogaretur, occultè in aurem dixerat viuere Pearce, illam posse quidem incundius in ea Religione quam Regina, & in Anglia ple- rique profitebantur, at si salua esse æternum vellet Catholicè moreretur. Pro- uida mulier Gerardi consilio, rem eius momenti non existimauit in horam tam incertam differendam, ne quod Doctori deinde contigit, serius experi- retur Dei iustam indignationem. Is enim præcognitam postponens salutis viam, cum aliquando opipare apud PseudoEpiscopum cœnaslet, subito sub- latus aberrauit à termino quem mulieri verè dixerat futurum salutarem. Ca- pita deinde familiarum his in Regionibus supra viginti Ecclesiæ gremio red- didit: Inferioris conditionis quam plurimos. Apertâ tamen, quâ in ea domo vti neceſſe erat, & omnium horis, omnium aditibus & studiis obnoxiam vi- uendi rationem pertæsus, opportunè incidit in nobilem iuuenem magnarū possessionum heredem, qui cum per exercitias spiritualia pie viuendi proposita concepisset, ut à quo initia acceperat huic reliqua deberentur, à Garnetto ob- tinuit vti apud se Gerardus habitaret. Traditionâ igitur prioris Missionis curâ alteri Sacerdoti, isthic & horæ illi fuere certiores, & studia ordinata, & per in- terualla excursiones. Inter quæ per caldem rerum spiritualium commentatio- nes (quarum erat Gerardus diligentissimus cultor & administrator accura- tissimus) peperit Societati Thomam Euerardi, & Guilielmum Starkey, & Ro- bertum Standish. Hi duo sub his nominibus, quanquam fratres vterini, la- te cupientes, Romam profecti, admissi sunt septimo calendaras Iunias: & Robertus quidem anno Tyrocinij uno non expleto ad Angelorum So- cietatem euocatus est, vnius & viginti annorum iuuenis optimæ spei; Gui- lielmus, postquam humanioribus & Philosophicis dedisset operam Can- tabrigiæ, ac nouem deinde annos Iuris prudentiæ, agro locupleti di-

Eius indu-  
stria in tra-  
dendis Ex-  
ercitijs.

Guiliel. &  
Robertus  
VVise-  
man.

1597. uendito , & mille librarum nostratum pecuniâ *Garnetto* donatâ , exacto tyrocinij tempore studiis incumbens in Collegio nostrorum de urbe , nè tibi periret missus in Belgium , vim morbi superare non potuit , defunctusque est Audomari , non minore pietatis laude quam omnium dolore . *Thomas Euerardi* non dissimili morbo taetitus eluctatus est tamen , & pluribus annis Minister , & Procurator fuit Audomari & Watenis ; tum Louanij Magistro Nouitorum Socius , & demum in Anglia annis iam grauis Apostolico ritu Norfolciam pedestribus itineribus peragrans , ætatem laboribus confirmata protractamque ad annos septuagesimo maiores sancto clausit fine , Coadiutor formatus ab anno sexcentesimo tertio-decimo , carcerum subinde & exilij incommoda perpessus . Posterioribus vita annis , cum crurum , brachiorum , oculorum debilitate vix legere posset aut ingredi , nec domi haberet quibuscum versaretur , solitudinem suam perpetua Rosarij aliarumque precum ac potissimum falterij Iesu (quod à puer semper usurpauit) repetitione solabatur . Reliquam vitam quæ ei à laboribus vacua esse poterat , in transferendis ex variis linguis pios tractatus impendit , quorum syllabus sat longum cum noster Alegambe texuerit , plures tamen supersunt qui lucem haec tenus non viderunt : Denique cùm omnium vitiorum , tum otij desidiaeque quam maximè fuerat inimicus .

*Ioannes Plorat.*

In ijs vero qui spiritualibus commentationibus exerciti vitam quidem in melius commutarunt , viuendi conditionem retinuerunt , vnuis ad penultimum vique diem nihil sensit singulare quod intellectum afficeret aut voluntatem . Eo die , tanta est illi oborta vis lachrimarum , vt ne inter negotia quidem cohibere eas posset , nec cuiquam in dies plurimos loqui sine lachrymis : vnde inter familiares adhaesit illi nomen *Ioannis Plorat* : Nimirum voluit Deus perseverantiam in incepto commendare , & remunerari patientiam . *Starkei* etiam frater , qui familiam fortunis & numero opulentam ducebat , iisdem se exhortationibus tradidit excolendum , auctore fratre , Gerardo instructore , fructu in annos plures deriuato : Nam mixtam Catholicis & Hæreticis dominum liberavit ab Aca- tholicis , quod fuit securitatis & quietis ; atque ad pietatem augendam Sacerdoti antiquo , quem haec tenus aluerat , adiunxit *Gerardum* ipsum contubernalem . Etenim priore hospite ad *Garnettum* euocate , hic tertiam fixit *Gerardus* sedem , vt Londino vicinorem , ita Societatis officijs opportuniorem ; in eamque induxit Sacramentorum concionumque frequentiam , orationis etiam quæ mente peragit , examinum , & lectionis spiritualis vnum quam super mensa quandoque audire non pigebat ; quæ ut diuturniora essent atque à periculo liberiora , extra domesticos , non omnibus se faciebat communem , sed præcipuis quibusque Catholicis , & ijs quos ipsi habebant necessarios : Non desuere nihilominus occasionses alios conciliandi Ecclesiæ , alios meditationibus sanctis poliendi , alios transmovere ad studia , alios ad Religiosas domus mittendi ; ad alios denique confirmandos in dissitas Londino regiones proficisciendi ; vnde Northumbriae Comitis filiam secundogenitam Bruxellas transmisit , quæ deinde initium

tiū dedit Monasterio Anglarum in ea vrbe ordinis S. Benedicti. Statis etiam 1597.  
 temporibus *Garnettum* conueniebat votorum renouandorum, atque red-  
 dendae rationis conscientiae cauſā, quo officio plurimum ſe iuuari affirma-  
 bat: cū enim diuino planē consilio à Sancto Patre nostro *Ignatio* proui-  
 sum ſit, propulsandorum periculorum gratiā quæ in spirituali militia ſunt fructu.  
 plurima, vt nihil eorum quæ aguntur aut cogitantur à lubditis Superiori  
 occultum ſit: feruoris verò inter multiplies diſtractiones conſeruandi stu-  
 dio, ea quæ ad Religiosæ vitæ perfectionem sanctè Deo vouimus, & animo  
 & voce coram testib⁹ bis quotannis repetantur; Hæc à constituta Missione  
 duo ſummo in pretio ſemper habita ſunt, & prudenter vitatis periculis, quæ  
 huiusmodi congressus ſequi ſolent, conſtanter ſunt vſurpatæ. Nec tamen ſem-  
 per ſine diſcrimine congredi licuit. Narrat *Gerardus* le nonum vel decimum Vide de ea  
re Epift.  
 apud *Garnettum* conueniſſe, cūm incidit quæſtio quid quisque ageret. Sotueli l. 5.  
n. 19.  
 dum conſerueret ſi inopinantibus importuni perquisitores ſuperuenirent?

Tum *Garnettus*, Ad peractam vñque votorum renouationem, "Ego,  
 inquit, pŕaſtabo ſecuritatem, tum conſulat ſibi quisque vt poterit.) Eā per-  
 acta confeſtim diſcessere aliquot; manfere cum *Gerardo* cæteri die poſtero  
 proſecturi. Vixdum illuxerat, tunduntur acriter portæ, vi conantur irrumpe-  
 re quatuor pefſimi perquisitores; *Robertus Southwellus* operari ſacris occupe-  
 rat; clam ore incondito admonitus exuit ſe ocius vſtibus ſacris, detrahit Alta-  
 riornamenta; libros & apparatum omnium noſtrum qui itineri ſerviebat, ſe  
 cum reliqui, cum duobus etiam Sacerdotibus ſecularibus qui de nocte vene-  
 rant, & alijs duobus Catholicis, abdit ſub terra in ſpecum hiſ euentibus para-  
 tam: Quatuor horas durauit inquiftio, tum pecuniā ad vexationem redi-  
 mendam numeratā diſceditur; redeunt noſtri ad lucem & profiſcuntur.

XII. Neque domi luæ perpetuō ſecuro eſſe datum eſt *Gerardo*. Int̄ fā-  
 mulantes Catholicos vno Acatolico familiæ Dominus vtebatur plurimum, Famuli ne-  
quitia quæ,  
ritur Gerar-  
dus.  
 vel quoniam ab antiquo ſeruierat, vel quia gnauus erat & vtilis. Hic incertum  
 an heri bonis inhians, an *Gerardo* priuatim iratus (Heri damno periculouè  
 poſthabito) infidias *Gerardo* ſtruere cūm decreuifſet, adit Londini Irenarchā  
*Young*, veterem Catholicorum vexatorem; narrat de tribus pŕcipiuè ædi-  
 bus *Gerardo* familiaribus, vnis Londini, binis turi, quæ tres ad Dominum  
 ſuum, ciuique matrem pertinerent. Mittuntur confeſtim à Senatu Regio  
 mandata: Londini non reperto *Gerardo* (forte enim *Garnetti* iuſtu migrauerat alio) curritur ad Matrem: abripitur illa in custodiam; filius de via  
 ſiſtitur, & datur in vincula. Tertijs interim in ædibus apud filij coniugem  
*Gerardus* hebdomadæ maioris officia peregerat, famuloque huc vñque à ful-  
 pitione immuni vltro citroque commeanticum literis opportunitas fuit in-  
 dicia ferendi certiora. Altera Paschatis aduolant matutino tempore duo in eo  
 comitatupræcipui Irenarchæ, iunctis duobus domesticarum latebrarum pe-  
 ritis perquisitoribus: Monitus *Gerardus* abdit ſe inter parietes perfugio para-  
 tos: illi clausis in certa cubicula cum Domina famulis, totam pro libitu lu-